

2591

C O D I C E S

2592

Fol. 17. p. 2. *Job. Wiclefi* Articuli XXXIX. damnati. Fol. 20. variae Preces germanicae cum Formula Confessionis Peccatorum, quae incipit: *Ich bekenne gote vnd zyner wirdegin mutir ma-*

*rie vnd alle zynen beilegin das ich gesundegit habe &c.* et altius feculum produunt, quam quo descriptae fuere. Fol. 24. p. 2. Cantus amatorius bohemicus notis muficis conclusus, cujus initium:

*Dzryewo sje listem odyewa &c.*

Fol. 27. Enarratio germanica VII. Peccatorum capitalium: *Dis sint dy sebin bouptfunde mit erin*

*tochtir &c.* Fol. 30. Versus varii. Ita:

*Rupertus fixus (fictus?) Clemens papa modo dictus  
O clemens demens sine clavem sisque rupertus.*

De Roberto Gebenn. dicto Clemente VII. 1378. res est. Item:

*Mos est prelati prebendas non dare gratis  
Sed bene nummatis aut eorum sanguine natis.  
Non a prebendo prebenda recte (rite?) uocatur  
Sed magis a precio cuius amore datur.*

Fol. demum 31. Argumentum *Anticlaudiani* compositi ab *Alano Insulensi*.

DCLXXX.

816 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 180. 8. currente calamo, non tamen eadem manu perscriptus, et minio distinctus pertinuit olim ad *Canonicos regulares prope Nussiam* five *Novesium* ad Rhenum, continetque iuxta Elenchum praefixum sequentia: I. *Traetatum bonum super materia celebracionis misse Magistri Johannis de Gersonio*. Initium est: *Dubitatum est apud me frequenter et diu. presertim post susceptum sacerdocium Si quis pollutus no-*

*eterno sompno a celebrando missam cessare debeat &c.* Ad calcem legitur: *Scriptus per manus fratris Constantini Carthuss. in domo sancte Barbare Colonie professi, pro quo oretis propter Deum*. Sec. jam XV. saepius editus extat demum *Opp. omn. edit. Du Pin. T. III. P. 1. col. 323.* inscriptus: *De Praeparatione ad Missam et Pollutione nocturna.*

II. fol. 12. p. 2. sequitur brevis Observatio literaria de *Compilatoribus Iuris Can.* et *Commentatoribus* ejus a *Gratiano* usque ad *Barth. Pisanum* et *Vincentium*, illum videlicet *Hispanum*

memo-

2593

## C A S U I S T I C I.

2594

memoratum ab *Ant. Augustino* in Praef. ad *Decretal.* et *Nic. Antonio* in *Bibl. Hisp. vet.*

III. fol. 13. praemissa protestatione. *Incipit thema magistri gerardi groet de focaristis ad clerum traiectensem.* Initium: *Recedite recedite exite inde pollutum nolite tangere exite de medio eorum. Ysaie LII. Patres et domini venerabiles hec exhortatio et iussio est principaliter omnipotentis dei &c.* Exemplum simile illi, quod *Cod. DLXXXI.* adtuli, nisi, quod hic *Protestatio* subsequa, ibi vero praemissa deest. Ad calcem paene eadem utrobique Subscriptio, sed hic additum: *Scriptus leodij anno domini 1411. et finitus in profesto kyliani per manus Henrici de Assindia. Hodie Essen.*

IV. fol. 49. Nota illa Epistola satyrica: *Lucifer princeps tenebrarum tristia profundi regens acherontis imperia — precipue moderne ecclesie principibus &c.* Toties relata, ut jam verbulum addere pigeat.

V. fol. 52. *Incipiunt LXV. theoreumata magistri Jordani correspondentia totidem articulis de passione domini ab eo editis. Articulos ipsos indicavi alio loco, ut Index docet, ubi et de Autore Saxone Quedlinburgensi O. Erem. S. A. Quae hic Theoremata vocat, Orationes totidem sunt ad Servatorem patientem directae, quarum prima incipit: Domine ihesu christe fili dei viui qui hora matutinali pro me misero peccatore &c.*

VI. fol. 57. p. 2. *Piae Preces, videlicet: Officium de aeterna Sa-*

pietia, de Passione Domini, Rhythmi ad singulas partes Corporis Christi, Oratio prolixo ad eundem et similis ad Deiparam. Adhaerent Textus bini de *Consecrat. Dist. 6.* cum notis et Excerptum e *L. VI. de Gestis saluatoris C. 17.*

VII. fol. 74. *Psalterium, ut e calce adsumo, beatissime virginis marie editum per beatum Augustinum doctorem egregium — In quo quaelibet distinctio correspondet per concordanciam sensus aliquo modo ordinatam cuiuslibet psalmo.* Perperam *Augustinum* hic protrudit *Librarius Bonaventurae* loco, apud quem *Opp.* edit. *Lugd. 1668. T. VI. p. 473.* hi Rhythmi *Psalterium minus B. V.* audiunt, neque habent Psalmorum initia margini adscripta, ut in nostro *Cod.* In ead. edit. p. 478. sequitur *Psalterium dictum majus* e Psalmis in *Matrem Dei* detortis constans, de quo nihil in *Codice*, qui continuo incipit: *Ave Virgo vite lignum &c.*

VIII. fol. 84. *Varia de Sacramento Eucharistiae, Missaeque Sacrificio congecta, puta: An istud festinanter, an tractim peragendum sit; de sex gradibus ad illud accedendum; Augustini et Bernardi auctoritates; Duo ad celebrandum Sacrificium necessaria, videlicet apte se disponere, et devote id perficere; Conditiones ad celebrandum requisitae; Vestimenta sacerdotalia; Materia et Forma Sacramenti; Septem in eo Miracula; Pericula circa id contingentia &c.* Quae partim ad Theo-

2595

CODICES

2596

logiam pastorem, partim asceticam pertinent. Adhaeret *Miraculum de quodam Sacerdote*, qui de veritate praesentiae Christi in Sacramento dubitabat.

IX. fol. 123. *Epistola gerardi* (Groot) *Ad quendam presbiterum provincie maguntine*. Initium: *Amice in christo! Solus ille qui tibi in christo amicus est, vere tibi amicus est. Omnis amicitia et vicissitudo quanquam cara quanquam coniunctissima sine christi glutino vana est et in fine carens honore. &c.*

*Gerardus Magnus vixit sicut pius agnus,  
Fecit, quod dixit, sicut docuit, quoque vixit,  
Sicut non fletus, aliis mitis, sibi strictus.*

X. fol. 129. *Dyalogus inter Pontificem et Sacerdotem ab eo ordinatum super missarum frequenti celebratione*. Initium est: *Quando vox illa auribus meis insonuit que seruum torpentem de tali retentione dampnavit obulum quem accepi mox compulsus sum vsui communicare fraterno &c.* Dialogus vero ipse sic infit: *Pontifex. Dic modo o sacerdos. quid cause habes*

*Phylomena preuia temporis ameni  
Que recessum nuncias ymbris atque ceni &c.*

quique jam indicati sunt *Cod. DCXIII.* ibique tributi *Job. Peckhamo*. Comparent tamen etiam *Bonaventurae* dati *Opp.* edit. *Lugd.* 1668. T. VI. p. 424.

XII. fol. 151. *Autoritates*, ut in calce, *colleste ex epistolis Seneca*. Initium: *Turpissima est*

*Epistola opportunis monitis ad vitam Sacerdote dignam instituentem referta. De Epistolis Nostri msptis in variis Belgii Bibliothecis delitescentibus memorat Foppenius in Bibl. quas inter cenferi etiam praesentem haud ambigo. Nil non egit pius Gerardus, ut prolapsos Cleri mores erigeret; quo vero modo egerit, liquet ex ejus Epitaphio, cujus initium in usum nostri etiam aevi, quo multi dicunt et non faciunt, non possum non adscribere:*

*quod in execucione officij tui ad quod ordinaui te tam tardus es &c.* Sacerdos negotia et peccata sua obtendit, et ab Episcopo refutatur. Opusculum simile *Dialogo Rationis et Conscientiae* autore *Matth. de Cracovia*.

XI. fol. 141. Rhythmi illi allegorici de *Phylomela* seu *Paffione Domini*, quorum initium:

*iaetura que per negligentiam fit. Procedit Collector ordine Epistolarum 89. Ad calcem: per me gerardum Kessel ad regulares (Canonicos) prope nussyam. Autoritates ejusmodi cum aliis Aristotelis, Platonis &c. non semel jam Sec. XV. typis editae sunt.*

XIII.

2597

## C A S U I S T I C I.

2598

XIII. fol. 170. Institutio rhythmica Virginis Deo consecratae *Stropharum* 109. quae sic orditur:

*Grata deo castitas est coniugarum.  
Illa plus quam sanctitas ornat viduarum.  
Longe precellentior virginum sacrarum.  
Luminare maius hoc lumen dat preclarum.*

Et finit:

*Hoc labore seculi sustine certamen  
Vt secura videas ultimum examen.  
Tunc sanctarum virginum fencias iuuamen  
Vt cum illis gaudeas in eternum Amen.*

## DCLXXXI.

582

Codex partim chartaceus, partim membraneus lat. partim Sec. XV. partim XIV. 4. olim *Fratrum Sancte Crucis in Colonia*, Tractatus condit sequentes: I. *De Simonia vitanda* Differtatio constans *Articulis* XVIII. cuius initium: *Gratis accepistis. gratis date. Mathei decimo. Filiis Dei. Dominus et saluator cuius tanta est caritas &c.* Contenditur potissimum, Religiosos Ordines nihil posse exigere a Personis recipientibus.

II. fol. 30. p. 2. Tractatus de eadem Materia ejusdem Autoris, hujus initii: *Pecunia tua tecum sit in perditionem &c. Ista sunt verba sacratissimi principis Apostolorum Actuum octavo. &c.* Adparet e Prooemio Scriptum istud dirigi contra Doctorem aliquem, quem ut ait Noster, *vita scientia et etas commendabilem fecit et famosum, quique leniter nimis Constitutionem Bonifacii VIII. et Urbani V.*

contra Quaestum ejusmodi Receptionum interpretatus fuerat. Constat *Articulis* XI. probeque verfatum in Iure Can. et Patribus Autorem prodit. Est vero is *Carthusianus*, et quidem, ut e *Trithemio* et *Theod. Petreji Bibl. Carth. p. 74.* doceor, pius ille celeberrime *πολυγραφος Dionysius de Leuwis* dictus a Patria *Ryckelius*, qui a. 1471. e Conventu *Ruraemundano* ad Superos abiit, memoraturque in *Bibl. Belg. Foppenii* T. I. p. 241. Hic vero Responso non caruit; sequitur enim

III. fol. 61. Commentatio titulo: *Per infrascripta Respondetur obiectionibus cuiusdam religiosi In materia de Symonia*, quae incipit: *Alias paucis tempore transacto Reuerendissimo In christo patre Domino Nicolao de Cusa Cardinali et legato sedis Apostolice in partibus bollandie agente &c.* Auctoritate hujus Viri non, ut dicitur, priuatim in cameris (puta ut *Carthusianus*) sed in exercitio scolastico edocti et promoti statuitur:

2